

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

31 Appellatur ad Ordinario ad metropolitanum à gravamine in concursu  
illato.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

27 Sexto, † parochiales ecclesiæ per obitum, aut per resignationem simplicem vacantes, ordinaria auctoritate per concursum, prævio examine coram Episcopo, seu ejus Vicario & examinatorib. synodilibus tribus, non paucioribus & parimodo à S. R. E. Card. etiam vigore indulti sunt conferendæ, concil. Trident. cap. 18. de reformat. sess. 24. & Pius V. in conferendis, in Bull. constit. 32. Provisi † etiam de parochialibus, non præcedente concursu, & dicto examine, nullum acquirunt titulum possidendi, nec coloratum, sed ut prius ante collationem vacabant, adhuc vacante noscuntur, & Sedis Apostolicæ, seu ijs, quibus jus conferendi eas præterquam Episcopis, & Archiepiscopis, qui curam dicti examinis juxta dictum decretum concilij habere debent, competit, sunt reservatae, ut in ead. const. §. nos ad quorum, in fin. Nam S. R. E. Cardinales, qui vigore indulti conferunt, ut plurimum sunt in curia Romana, & pro aliis sanctæ Sedi Apostolicæ negotiis in aliis Regnis aut Provinciis Legati. Vnde queri potest, nunc quid, & ipsi formam examinis per concursum coram Episcopo, seu Vicario residenti. & tribus saltem examinatoribus servare debeant, cum possit dubitari, quod negligencia Episcoporum in non publicando concursu, si induceretur devolutio ad Sedem Apostolicam sine eorum culpa, illis posset præjudicare, sed ad illius formam servandam ipsi parimodo teneti declarantur, eumin dicto decreto concil. Trident. paulo post prisca. & d. constitut. 32. eod. §. nos ad quorum, sint ad eandem formam servandam expressè comprehensi, nec negligenter † Episcoporum illis potest præjudicare, quia collatoribus beneficiorum non cur-

rit tempus, nisi à die scientiæ vacationis, c. licet, desuppl. negl. prælat, c. qui a diversitatibus, in fin. de concess. præb. Rebuff de vol. n. 10. Rot. decif. 7. n. 4. de præb. in antiqu. & tunc negligente Ordinario, in cuius diœcensi indulsum quis habet conferendi, illum familiaribus litteris requirere potest de publicando concursu, & concurrentibus examinandi attestacioneque & approbatione illius, quem magis idoneum Ordinarius judicavit, ut fieri debet, transmissa, sic approbato, est parochialis à Cardinali eidem magis idoneo judicato, & non alteri conferenda, dict. cap. 18. §. per recto, & eadem constit. 32. §. ut autem

Recusante † autem Ordinario, vel negligente prædicta executioni debitè demandare, vltra quod cogi posset à Cardinalib. sacræ congregationis Ordinariorum & aliis modis legitimis, posset etiam ad metropolitam, quoad Episcopos, haberi recursus, † ut in simili, à gravamine ab Ordinario in concursu illato appellatur ad Metropol. & à Metropolitano ad Ordinariū vicinorem, vel Sedem Apost. ubi coram judge appellationis, & ejus examinatoribus examinatur. Sed appellatio hujusmodi habet locum tantum ad effectum devolutivum, non autē suspensivum, quia non suspendit judicatum, ut in eadem constitut. eodem §. ut autem. † Parochiales quoque omnes per obitum, aut resignationem, non tam ex causa permutationis, quomodo libet vacantes, exceptis his, quæ jurispatronatus laicorum existunt, & quæ a Papa per devotionem, resignationem, aut aliam causam sibi bene visam conferrantur ab aliis quibuscumque collatoribus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Sedis Apostolicæ legatis,

Eff. 2 per